

dicit Bern. Precipua & maxima contem-
platio & admiratio maiestatis. Hoc requi-
rit cor purgatum a vitijs liberatum atq; exo-
neratum a peccatis: vt se facile possit ad sup-
erna leuare vt interdum per aliquas molulas
stupore & extasi suspensum teneat ammiran-
tem: de qua etiam dicit Greg. Tunc dei ma-
iorem maiestatem miramur: cum in cõtem-
platione eius obstupescendo obmutescim?
plus musitare cupientes q̄ verbis exprime-
re valeamus: non inuenientes verba ydo-
nea ad tam sublimia exprimenda: hoc agen-
te iesu christo &c.

XXXIII. Sermo scõs de eodem

Accipite discipli-

nam per sermones meos & prode-
rit vobis. Sap. vi.

Accipite disciplinam per sermones meos & prode-
rit vobis. Sap. vi. **A**ccipite disciplinam
per sermones meos & proderit vobis. **A**ccipite
disciplinam per sermones meos & proderit vobis.
Dicit Greg. de quo nobis est sermo. si mentis et
corporis euagatio per discipline censuram cõ-
pescitur: tunc spirituale edificium ad deum eri-
gitur: nam quo disciplinata mens extra se
euagari compescitur: eo supra se surgere cõ-
pescitur: q̄ in altum arbor crescere non po-
terit que per ramos se diffundere nõ probi-
betur: que si primo inferius constringitur in
altum ite compellitur: sic & cum riuos font-
um obstruimus: fluentia contra suam natu-
ram sursum fluere cõpelluntur: sic si p̄ disci-
pline censuram inferius coartamur: sursum
ad deum faciliter eleuamur. Dicit ḡ beatus
Greg. qui de disciplina morum & virtutum su-
per omnes doctores disseruit. Accipite disci-
plinam per sermones meos editam & proderit
vobis. In quibus verbis duo facit. Primo
enim pponit suam exhortationem. Secõdo ex-
hortationis fructificationem. Primo ibi acci-
pente disciplinam: scõm ibi & proderit vobis.
Cum ergo s̄m Bern. omnes homines
natura equales genuerit: quicquid boni v̄
mali hominibus accesserit: ex discipline dili-
gentia vel eius negligentia habet ortum: et
ideo in genere morum nullum bonum melius inue-
nitur: qua fit vt bona que fecerimus tã spi-
ritualia q̄ corporalia per disciplinam ad or-
nata recidantur coram deo & hominibus gra-
tiosa. Nam in agendis & patendis pl̄ me-
ritur in adiuncta disciplina morum q̄ in

exhibitionibus factorum. Non enim sufficit
vt quecumq; bona opera faciamus: sed vt ea
cum disciplina & diligentia exhibeamus: qd̄
in deuterio facere monemur cū dicitur. Ius-
te quod iustum est exequaris. Iuste enim
quod iustum est facimus cum iustuz opus
deo cum disciplina debita exhibemus: hinc
ps. Deus glorificatur in consilio sanctorum
ac si dicat. Plus glorificatur deus in consi-
lio quo cõsiliamur & conamur: vt bona que
facimus disciplinate & decenter dño exhibe-
antur q̄ in ip̄is opibus sine illo. **E**grata
autem sit disciplina dño patet per eius descri-
ptionem quam ponit Bern. ita dicens. **Q**
q̄ compositum reddit omnem statum corporis
nec non & mentis habitum disciplina: ceruicem
submittit: ponit supercilium: componit vul-
tum: ligat oculos: cachynnos cohibet: gula
frenat: iram sedat & fornicationem incessum.
Est autem quadruplex disciplina quattuor
locis vite nostre si proficere cupimus adhibenda:
scilicet in cordis cogitatione: oris locutione:
morum & totius vite moderatione et
corporis castigatione: que omnia per causam
& diligentem disciplinam sunt subtilissime re-
gulanda. **P**rima ergo disciplinam appona-
mus cordi: eo qd̄ ab ip̄a vita procedat: nam
vt ait Bern. Frustra siccatur riuus si fons
ipse non fuerit obturatus. **C**ui si debita di-
sciplinam suare cupimus tres ei custodias
deputemus: vt videlicet ip̄m primum & ante
omnia in omni puritate & mundicia cõser-
uemus: scõdo vt deum & eius bona continue
cogitemus: tertio vt ip̄m virtutibus adorne-
mus. **P**rimo dico cor nostrum in omni pu-
ritate conseruemus nihil penitus admitten-
tes quod cor nostrum inquinat vel conscienti-
am reprehendat. **S**i aliquid irreperit sta-
tim vt deprehensum fuerit expellatur. **S**o-
lus enim deus inspector est cordis: iuxta illud
iij. Reg. vij. Tu solus nosti cor omnium fili-
orum hominum: & illud. **H**omo videt in fa-
cie: deus autem intuetur cor. **N**am vt ait Bern.
nihil facilius sedatur corde. **A**nte omnia au-
tem ne mortal' peccati macula irreperit ca-
ueatur ne aliquid de genere eiusmodi in no-
bis regnet: ne dominet: ne aliquando cõsen-
tiatur: dicentes semper in cordibus nostris

illud ps. Si mei non fuerint dominati tunc
 immaculatus ero: et emun. a deli. maximo.
 quod est mortale peccatū. de quo loquitur apo
 stolus Ro. vi. di. Non regnet peccatum in
 mortali vestro corpore. **S**Secundo disci
 plinamus cor nostrū vt cogitet semper deū
 nam ex hoc multuz proficimus et interiora
 nostra omnia sanctificantur. hinc dicit deus.
 Cane ne aliquādo obliuiscaris domini dei
 tui. Quod reuera digne facimus: quia ipse
 nihil obliuiscit nostri. **I**tem Iob. Omni
 tempore in mente habeto deum: quia nihil
 dignius. nihil vtilius. nihil dulcius poterit
 cogitari. **T**ertio disciplina cordi nostro ap
 ponatur vt ipm virtutibus adornemus vt
 videlicet studeamus habere in corde nostro
 ad deum ardentem caritatem. ad nos ipsos
 humilitatem et ad proximos benignitatem
 in his disciplinabimur ad omnē (si tamē p
 ficimus) sanctitatem. **D**e hac cordis disci
 plina dicitur Ecclē. ultimo. **S**uscipiat ani
 ma nostra disciplinā. hoc est bonam cordis
 et mentis pfirmationē. **S**ecundo disciplina ad
 hibenda est locutioni oris: ne quid loqmur
 quod coram deo vel hominibz vel etiam in
 p̄ria conscientia tanq̄ reprehensibile con
 temnatur. **S**exto quia p̄mo noster
 tripliciter variatur. aut enim deo loquimur
 aut p̄ximo aut p̄ nobis ip̄is. ideo disciplina
 ora adhibenda similiter variatur. **P**rimo q̄
 locutio quā deo exhibemus disciplinetur ad
 deuotionē: vt quicquid deo loquimur tam
 humiliter tam affectualiter ei exhibeatur vt
 coram deo deuotio excitetur: et per discipli
 nam verba arceantur: vt in nostra locutio
 nihil fatuum nihil distortū. nihil saluti no
 stre contrariū. nihil contra voluntatē suam
 postuletur: nec per euagationē et verborū dis
 solutionē. non solū quod petimus nō conse
 quamur: sed tanq̄ indigni et deo abomina
 biles repellamur. dicatq̄ nobis deus illud
 apli Iaco. iiij. Petitis et nō accipitis eo q̄
 male petatis. sicq̄ nostra locutio q̄ deo de
 betur per disciplinā coerceatur: vt solū deuz
 et quod petimus cogitemus. **H**inc Bern.
 Docendus est et fideliter ammonendus in
 oratione sua cor suum sursum leuare et a cor
 poralibus et corpum imaginationibz quan

ta potest puritate longius recedere. **S**ecundo
 locutio nostra que p̄mis debetur per disci
 plinam castiget vt soluz edificationē p̄xi
 mi intendamus: tam disciplinate tam mo
 derate: tam mature verba nostra p̄ferentes
 vt omnis qui audierit edificeatur. **D**e hac
 disciplina loquendi dicit Bern. **B**oni cum
 loquuntur duo in suis locutionibz actēdunt
 vt videlicet aut sibi aut certe auditoribz ad
 vtilitatem loquantur vel ad minus sibi soli
 profint si auditoribz nō profunt. **U**n̄ Sap.
 Sermo noster nō sit inanis sed aut suadeat
 quod bonū est. aut moneat. aut consoletur.
 aut puocet. aut instruat audientem vel cor
 riptat delinquentem. **D**e hac disciplina lo
 quendi dicit p̄ouer. v. **F**ili mi disciplinaz
 labia tua p̄seruent. et plus Eplē. iij. **S**er
 mo vester semp sit in gratia sale conditus.
 nam bonus p̄mo iuste sali cōpatur. q̄ sicut
 sal a putredine. sic bonus p̄mo a feroze ma
 le fame nos consuatur. **T**ertio loqui
 mur q̄nq̄ nō deo nec p̄ximo: sed ad p̄ria
 vtilitatem et q̄lemcunq̄ necessitatem loqui
 oportet tpe nos oportet. quod cū fieri oportet
 hoc fiat cū maxima disciplina corporis.
 mortū cōpositiōne. membrorū ordinatione.
 matura locutione. non vocis exaltatione: vt
 de nobis dici possit illud Ecclē. xliij. **I**n ser
 mone cōposito sunt omnia. nam sicut p̄ouer.
 xv. dicit. **Q**ui moderat sermones suos pru
 dentissimus est. cauentes illud impropertū
 Ecclē. lviij. **C**um desieris digitum extendere
 et loqui q̄d non p̄dest. orietur i tenebris lux
 tua. p̄uer. vi. **H**omo apostata est vir inuti
 lis graditur ore peruerso. annuit oculis. te
 rit pede. machinatur malū et omni tempo
 re iurgia seminat. q̄ stultus in risu exaltat vo
 cem suam. **T**ertio in moribz nostris et in oi
 conuersatione nostra disciplinā consuēmus
 vt nō solum p̄dictis in locis sed in omnibz
 moribus nostris disciplinare nos apud de
 um et homines teneamus. capitis inclinatio
 ne. oculorum depressione. visus summissio
 ne. incessuum iusta moderatione: et tonus cor
 poris compositione. quod suadet apostolus
 Roma. xij. dicens. **P**rouidentes bona: non
 solum coram deo sed etiam coram homini
 bus. quod exponēs Bernardus dicit. **I**

Providentur bona coram hominibus tri-
 bus modis. habitu. actione. sermone. Ha-
 bitu ne sit notabilis. actione ne sit reprehē-
 sibilis. sermone ne sit contemptibilis. de quo
 in priorum membro dictum est. Nam de ha-
 bitu dicit Augusti. **H**abitus tuus mores
 honestos exhibeat. disciplina redoleat. ma-
 turitatem habeat. nō ut hominibus placea-
 mus sed ne scandaluz prebeamus. et ne diui-
 num intuitum distortis moribus et lascivis
 incessibus offendamus. nam ut frequenter
 exterior disciplina bone cōpositionis in mē-
 te indicium est cum tanta maturitate puer
 sanctes ut dicatur de nobis. quod de beato
 Berni. legimus. **P**rima virtus habitus cor-
 poris. quia quasi vno modo semper se ha-
 beat ut nihil possit offendere intuentes. to-
 tum in eo disciplinatum. totum insigne vir-
 tutis. perfectionis forma vnde iterū Berni.
In omni conuersatione tua sollicitus sis ob-
 seruare vias tuas. et in conspectu domini et
 in conspectu proximi caueas tibi a peccato.
 et illi a scandalo et subiungit. Cuius omni-
 bus grata et nemini onerosa conuersatio ē.
 hinc sine dubio de propria salute vniuersa
 fratrum congregatio attestatur. **Q**uarto
 disciplinamus corpus. hoc est castigationi-
 bus affligamus. quia ut ait apostolus **D**e-
 beo. **S**i extra disciplinam eritis. non filij
 sed adulteri estis. **H**ec autem disciplina ne-
 cessaria est post predicta. ut si quid de predi-
 ctis disciplinis obmissum fuerit. vel aliqd
 intepserit. per disciplinam corporis castige-
 rit. **R**ec autem disciplina sic et ce-
 tere virtutes tripliciter variantur quia tri-
 pliciter exercetur. scilicet in resistentia vicio-
 rum in aggressionem arduorum et in sufferē-
 tia aduersorum. in his tribus omnis castiga-
 tio continetur. de quibus dicitur ecd. xxxij
Cibaria et virga et onus asino. panis et dis-
 ciplina et opus suo. **S**i corpus nostrum
 magis lasciuire cupiens. hoc aggredi nolu-
 ent. unde latera eius virga. eccle. iterū ibi-
 dem. **S**eruo pessimo latera sanguinare vlt-
 possumus dicere sicut gre. quod artibus tripli-
 ceter disciplinamur. **E**lla namque a deo. alia
 ab antiquo aduersario. alia a proximo su-
 stinemus **A** proximo namque persecuciones

damna et contumelias. ab antiquo aduer-
 sario temptamenta. a deo flagella toleramus.
Qualiter autem hec tria sufferantur statim
 subiungit dicens. **Q**uod in his tribus modis
 vigilanti oculo semetipsum mens debet cir-
 cumspicere. ne contra mala proximi pertra-
 batur ad retributionem mali. ne contra tem-
 pramenta dyaboli seducatur ad delectatio-
 nem vel consensum delicti. ne contra flagel-
 la et pificis ad excessum proruat murmura-
 tionis. **S**equitur secundum prin-
 cipale. scilicet et proderit nobis. in quo. ver-
 bo nobis innuitur utilitas discipline. **N**am
 ex predictis quattuor disciplinis utilitates
 totidem nobis surgunt. quia ex disciplina
 cordis siue spiritali interiora mundantur.
 ex disciplina verbali merita cumulantur. ex
 disciplina morali virtutibus ditamur et ex
 disciplina corporali a futuris penis secura-
 mur. **E**t sic per ista quattuor exercitia anima
 nostra ad dei similitudinem a qua longe
 dissimilitudinem recesserat reformatur ut
 per ista quattuor tanquam quatuor passibus ad
 deum redeat vnde venit et hoc est quod di-
 cit Bernardus. **A**b ipso et ad ipsum conditus
 est animus rationalis. ut ad ipsum sit conuer-
 sio eius. ad imaginem enim et similitudinem
 eius conditus est. **U**nde quoad hic viuatur
 quod prius potest accedat ad eum similitudine
 ne a quo sola disceditur dissimilitudine ut
 sit hic sanctus sic ille sanctus est. et in iusto
 brutus sic ille brutus est. quod ad huc figura quod
 scriptura poterit declarari. **F**igura nam sicut
 dicitur **G**enesis octauo. emisit noe co-
 lumbam de arca non ut extra maneret. sed
 ut ad eum rediret. sic deus creando infun-
 dens et infundendo creans mittit animas
 rationales in hunc mundum. non ut extra
 maneat. sed ut ad eum redeant. quod ad-
 huc per alia quedam euidentiora declaraf-
Omnia enim enia particularia et impfe-
 cta sicut est aqua ignis et terra ad sua prin-
 cipia et ad sua perfecta naturali cursu ten-
 dunt. ut in eisdem perficiantur. hinc est quod
 omnis aqua particularis naturali suo cur-
 su tendit ad mare. ut in eo tanquam in suo per-
 fecibili perficiatur **E**ccl. **O**mnia flumina
 intrant mare. sic omnis ignis naturaliter

sursum tendit ut celo empyreo tanq̄ suo
perfectibili uniat. sic omnia que de terra
nascuntur. in terram reuertuntur. Ecclesia.
tercio. Omnia pergunt ad unum locum q̄
de terra facta sunt. et in terram pariter reuer
tuntur. Sic anima rationalis que a deo ē
ad deum iusto ordine reuertetur. quod nō
solum figura ut visum est sed etiaz scripu
ra ostenditur. dicitur enim Ecclesiast. duo
decimo. Reuertatur puluis in terram suā
unde erat. et spiritus redeat ad dominum
qui dedit illum. unde de homine christo dicit
Iohannis. Scieris iesus quia a deo exiit
et ad deum vadit. unde Bernardus. Spi
ritus rationalis quia imago dei est. intelli
git et scit se posse et debere adberere ei cuius
ymago est. quod cum in homine perficitur
tunc complese dicitur cursum suū. de hac
fine consummationis iterum dicit Bernar
dus. Hoc est destinatum solitarij certami
nis brauium. hic finis. hic premium. hic re
quies laborum. consolatio dolorum. et ipsa
hominis perfectio et vera eius sapiētia. om
nes amplectens et continens in se virtutes
non aliunde collectas sed naturaliter insi
tas. ad similitudinem dei qua est ipse quic
quid est et hec est hominis iusti in hac vita
perfectio. et perfectio huius perfectionis ibi
erit ubi erit brauium superne vocatōis per
fecta apprehensio. ad quā r̄c.

XXXV. De sancto benedicto.

Quicumqz hanc re
gulam securi fuerint. pax super il
los et misericordia et super israel dei Gall.
sexto. **U** dicit Ambro. Ad sanctissi
mi et beatissimi patris nostri benedicti cuius
hodie festa celebramus laudes addidisse a
liquod decerpisse est. eo q̄ illa nobilis ling
ua gregozij quicquid laudis eius accipi po
terat. vernantis eloquij sermone magnifico
gloriose depinxit. totam vitam eius et actus
tam magnifice extollens. ut laudi eius ni
hil amplius addi queat. q̄ si quid deuotio
ne urgente de nostro aliquid addere cupi
mus. non verbis sed operibus illud fiat. sic
enim dicit ambrosius. q̄ virtutū eius glo
ria non sermōibus exponenda est sed operi

bus comprobanda. Suprema enim laus
deū et sanctis eius gratissima et nobis vtilis
sima consistit in ipsorū imitatione ut sequa
mur vestigia eorum non declinantes ad de
xteram nec ad sinistram. p̄pter quod abuz
propositum est inductum quod nobis im
nistrat materiam imitandi. nam in regula
que nobis proponitur vita eius gloriosa re
lucet. Dicit em̄ Bern. q̄ non potuit aliter
docere q̄ vixerat. nec aliter viuere q̄ docebat
A Sciendum ergo q̄ in verbis p̄positis
duplex nobis regula p̄ponitur imitandi vi
delicet doctrinalis et exemplaris. Doctrina
lis est illa editio que hodie per vniuersum
ordinem cisterciens. ad legendū in nostris
capitulis inchoatur. in qua docetur quō se
cundum deū et gloriosum legislatore nos
benedictum viuere debeamus. Exēplaris
autē regula est sanctissimi patris nostris vita
que nobis tam in lectionibus q̄ in canibus
ad memoriam reuocatur. de prima regula
sit primus sermo. de secunda sermo. De pri
ma regula p̄sequētes. sciendum q̄ in tribus
p̄positis tria intelligimus. scz sequentium
paucitatem. regule auctoritatē. imitantiū
utilitatem. Primum ibi quicumqz. scdm ibi
hanc regulam securi fuerint. tertium ibi. erit
pax r̄c. **Q** Primum adhuc tria cōtinet
scdm q̄ hec distributio quicumqz tria impli
cat. Insinuat enim nobis dei largitate. se
quentium paucitatem. regule libertatem.
Primo dico hec distributio quicumqz innu
it nobis dei largitate. ac si dicatur. Quia
dei largitas nulli se derogat. nulli se subtra
hit. sed stans in publico cuiuslibet se offert si
num gracie nulli claudens. sed secundum
capacitatem sequentiū sue largitatis gra
tiam amministrat. Dicit enī pb. iosephus
q̄ non est ponere vacuum. sed quantum nos
exinanimus de obstaculis grane. tantū de
bonis domini adimplemur. Dicit em̄ Bern
nardus. Quāto quis de terrenis euacuat
tanto de bonis celestibus implebitur. si mi
tum multum. si parum parum. quia sicut.
iiij. Regum quarto di. ubi vasa vacua nō
fuerint ibi locum stare necesse est. quia sicut
in collationibus patrum dicitur. dīne lar
gitans munificētia secundum mensurā